

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prosperitas z  
cum fonte primo

Suis quippe meritis putaret datum, si  
peccator iugiter floreret illesus.

Ideo Daniel

saluatus est et trium puerorum  
flamma superata est.

Dicamus ergo hunc uersum in  
quibuslibet periculis, dicamus in gaudiis;  
quia talis confessio et ab erumpnis eripit,  
et in prosperitate custodit.

Cassiodorus super illud Psalmorum:  
Iustus es, Domine, et rectum iudicium  
tuum.

Suis quippe meritis putaret datum, si  
peccator iugiter floreret illaesus.  
Sed utrumque iustum, utrumque  
dignissimum; quoniam et delinquens per  
satisfactionem corrigitur et iustitia  
Domini humili confessione declaratur.  
Hoc enim dicto Daniel  
inter ferocissima leonum ora  
saluatus est, his uerbis trium puerorum  
flamma superata est,  
hanc sententiam Ieremias in  
lamentationibus suis frequenter iteravit.  
Dicamus igitur et nos hunc uersum in  
quibuslibet periculis, dicamus in gaudiis;  
quia talis confessio et ab aerumnis eripit  
et in prosperitate custodit.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio  
Psalmorum*, 118, 137 (CCSL 98, M.  
Adrien ed., p.1120, ll.2528-2537).